



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Nuclevs Casuum Conscientiæ Sive Brevis Notitia Eorum  
quæ scitu vel necessaria, vel valde utilia sunt  
Confessarijs in primo ingressu ad audiendas Confessiones**

**Agostini, Giuseppe**

**Coloniae Agripp., 1644**

Ordinandi quando, & vbi comparere debeant ad examen; & quales ad  
examen non admittendi, n. 26.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41767**

cularis, quamvis alias sit idoneus moribus, scientia, & arte, ad sacros Ordines promouendus non est, nisi prius legitimè docuerit a prouisum sibi esse de sufficiens titulo beneficiali, vel patrimoniali; & insuper iurauerit quod titulum illum, quem pro futurâ suâ promotione exhibet, verè & pacificè absque ulla fraude seu lite possideat: & antè nolit dimittere, quam ei de alio sufficienti beneficiali Canonicè fuerit prouisum. Ita quoque Clericus Regularis testimonio sui superioris antè docere debet, se Religionis, cui adscriptus est, professionem emisisse; & præterea iureiurando affirmare se eam sponte fecisse, aut ratam habuisse; illudque in Registro Ordinatorum disertè exprimatur.

a.c. cum secundum c.tuis. De Præben Conc.  
Trid. sess. 21. de reform c. 2. Statuta VVAlra-  
mi Archiep. Colonien. c. 20 pag. 129. Concil.  
Provinc. Colon. sub Hermanno 5 p. I. cap. 30.  
pag. 347.

Ordinandi quando, & ubi comparere de-  
beant

beant ad examen: & quales ad exa-  
men non admittendi.

XXVI. Quorquot aspirant ad primā  
Tonsuram , vel Ordines minores seu  
maiores , se cum requisitis documentis  
sistant manē feriā quartā vel quintā an-  
te ipsam ordinationem , & nomina sua  
inscribi procurent in Domo Vicarij no-  
stri in Pontificalibus generalis , ut pia-  
habitā ab eo in scriptis licentiā , deinde  
iuxta præscriptum Concilij tam genera-  
lis Tridentini , quam Provincialis ac  
Synodalis Colonensis , horā & loco ad  
id constitutis , examineantur. <sup>a</sup> Ad ex-  
amen verò nulli pateat aditus , qui non  
honesto fuerit induitus habitu , & con-  
ueniente pro Ordinis sui ratione Tonsu-  
rā insignitus Clericali.

<sup>a</sup> Conc. Trid sess 23. de reform. c. 7. § 12. in  
fin. Conc. Provinc. Colon. sub Hermanno S.  
p. 1. c. 22. 24. § 25. & sub Adolfo 3. Ar-  
chiep. Colon. Medio 1. c. N. andamus ut § 6.  
pag. 432.

Ordinandorum examini Vicarius in Pon-  
tificiis